



DEI gratia,
JANUSSIUS RADZIVIL, Dux Birza-
rum & Dubinckorum, Sacri Romani Im-
perii Princeps, &c.

RECTOR ACADEMIÆ LIPSIENSIS.



Ulnus illud altum, quod paucis abhinc annis, magno cum dolore, amisâ priori Conjuge, Vir Excellentissimus & Clarissimus, Dn. JOHANNES Böhmi / J. U. D. & Prof. Publ. sensit, & cicatrice obductâ, aliquo modo hætenus coaluit ac consenuit; Id ipsum die Jovis antegresso, rupturâ factâ, non solum iterum recruduit, verum etiam vulnere divulso, dolores, dolorum facibus, ex reduplicatis cæsim plagis, auxit, dum & alteram uxorem bonam, ac juvenili ævo floridam, exactis temporibus puerperii & laboriosi nixus amisit, atq; ita *δέσποιν* & spectaculum quasi factus mundo & hominibus, ut Paulus de seipso inquit, cum eodem etiam meritò jam gloriatur, quod in ejusmodi tribulationibus & laboribus Christianis *πειρασμοῖς*, copiosius, in verberibus *παιδείας* supra modum, & *ἐν θανάτοις πολλαῖς*, in mortibus frequenter fuerit exercitatus. Ita enim humanarum fert conditio rerum, ut tribulationes in dorso nostro positæ, variæ sint & multæ, quò eò magis Deo probemur, & postquam septies imò pluries probati fuerimus, tandem accipiamus coronam, quam Deus promisit diligentibus se. Sicuti namq; aromata fragrantiam suam non nisi cum sæpius incenduntur, expandunt: Ita omne, quod viri Christiani virtutibus redolet, in tribulationibus reiteratis innotescit. Arca certè Noæ quò magis abundabant aquæ diluvii, tantò altius ferebatur: Sic animus afflicti, quò magis & sæpius premitur, eò altius assurgit, & divinæ voluntati sese totum committere discit. Non igitur miremur, dum per ignem afflictionum toties quoties exploramur, potius dum

Rebus in humanis ita duris dura videmus

Subnecti,

gaudeamus ex præscripto D. Petri, propterea, quod consortes simus *παθήμασι* *Χριστοῦ*, afflictionum variarum Christi, ut tandem in revelatione quoq; gloriæ ejusdem *ἀγαλλώμενοι*, exultantes, gaudere possimus. Et in hisce quoq; sese consoletur prænominatus Vir Clarissimus, qui licet semel atque iterum eadem plagâ sat acerbâ à Deo justo percussus fuerit iudice, nihilominus tamen non desperet, sed Deum, qui dedit, qui etiam abstulit, *ἐν τῷ μέλει τέτοιῳ* glorificet: Quò verò Nostro etiam loco luctum aliquo modo allevare queamus, uxoris suæ desideratissime, jam defunctæ curriculum vitæ à primis, prout fert etiam consuetudo, initiis, delineari jussimus. Orta autem *ἡ μακαρίτης* hic Lipsiæ, anno supra millesimum, sexcentessimum, octavo: XII. Mens. Decembr. à Parentibus nomine & fama honestissima sat notis, adhuc etiam viventibus, & luctus præsentis spectatoribus mœstissimis; Patre quidem viro Prudentissimo, Dn. CHRISTIANO Eulenaw / Senatore Reipubl. Lipsiensis eximio: Matre verò fœmina optima SOPHIA, Viri quondam Integerrimi, Dn. CHRISTIANI Schönbergs / mercatoris Colonienfis primarii relictâ filiâ, quæ primùm optimo quoque ac Prudentissimo Viro, Dn. HEINRICO Rocheuyten / Mercatori ac Senatori hujus loci, nuptui collocata, illo autem fatis crepto, postmodum prædicto Viro Honoratissimo, Dn. CHRISTIANO Eulenawen in matrimonium tradita fuit; qui Parentes præter alios liberos etiam ROSINAM hanc procreârunt, eamque, ut statim primam naturæ legem de diligendo Deum, Parentes & proximos imbiberet, & ad praxin tandem transferre disceret, doctrinâ domesticâ & exemplo erudire non cessarunt, quæ etiam non ignara hujus disciplinæ privatæ mansit, sed à pueritiâ pietati se dedit, & parentibus *καὶ πάντα* obedire voluit, cum sciret, id ipsum *εἶναι βίβρατον τῷ Κυρίῳ*, benè placere Deo & hominibus. Primordiis hisce in pietate & cura rei familiaris optimè collocatis, effusis prius ad Deum precibus, consensu parentum prænominato marito suo Clarissimo, tunc temporis viduo, post obitum nimirum conjugis suæ prioris, fœminæ quondam muliebrium virtutum ornamentis conspicuæ, MARIÆ, Viri, dum in vivis erat, Amplissimi & Consultissimi, Dn. ANDRÆ Scheffers / J. U. D. Professoris & Facultatis Juridicæ, nec non Scabinatus Electoralis Senioris & Assessoris relictæ filiæ, biennii abhinc spatio, anno videlicet supra millesimum, sexcentessimum, vigesimo septimo, XX. M. Augusti, nupsit. Noverant enim & documentis certis certi erant Parentes, eum in studiis suis talem assecutum fuisse finem, ut & aliis vicissim ad laudabilia præire, & doctrinâ ac exemplo aditum ad cognitionem rerum patefacere posset, nec impar esset oneri huic & illi suscipiundo. Matrimonio igitur juncti, conjunctissimè etiam vixerunt: Maritus videlicet suam uxorem *ὡς ἑαυτὸν* dilexit; Uxor autem subdita fuit marito, *ὡς ἀντικεινὸν ἐν Κυρίῳ*, ut inquit Paulus ad Coloss. 3. vigilemque rei domesticæ administrationem habuit. In illa autem conjugii periodo biennali nihil non piè cogitavit, sacrâ synaxi aliquoties usa, & tandem etiam mater facta fuit, unius filioli, quem Deus in solatium parentum ætate, sapientiâ & gratiâ crescere sinat. Partu jam præsentè & in lucem edito, ipsis Calendis Septembris, parentes lætitiâ desuper affecti, & majestati divinæ, pro auxilio cœlesti gratias agentes devotas, spem concepere bonam, matrem, cum imprimis vigilantia Medicorum & Parentum indefessa accesserit cura, faciliè recuperaturam pristinæ venustatis, viriumque nitorem; Verum interiorum viscerum dolor, & calor superveniens præternaturalis, quicquid adhuc virium reliquum fuit, penitus absumpsit, adeò, ut maturè *ἡ μακαρίτης* senserit, horam sibi decretoriam non procul abesse; quamvis etiam trimestri abhinc spatio cogitationibus mortis interioribus occupata, funestæ hujus ac truculentæ Parcæ memoriam, quasi stimulum quendam, quo à peccando seipsam retraheret, & speculum, in quo vilitatem originis & certitudinem finis perspiceret, semper in animo habuisse visa fuerit; ac proinde etiam, ut rabiem istius in æternum effugeret, in publica Ecclesiæ facie, salutari medicina, corporis nempe & sanguinis Christi in certum remissionis peccatorum *τεκμήριον* animam præmunire non intermiserit, & ita vivendo paulatim mori didicerit. Decimo post partum die, ubi precibus divinæ voluntati se totam commendarat, animam Salvatori suo placidissimè reddidit, cum ætatis annum vigesimum primum, dempto trimestri complevisset. Quò autem acerbior hic optimo marito & parentibus mœstissimis luctus & squalor exitit; eò majorem condolentiæ causam nos ipsos habere arbitramur. Cumque studium hoc tempore à nobis nullum afferri possit acceptius, quàm si Cives Academici in deductione funeris hujus faciles se præbeant, cupimus, ut Reipublicæ nostræ literariæ suppositi, hodie, horâ III. pomeridianâ, ad ædes piè defunctæ frequentes veniant, eidemque unâ cum aliis exequias decenter eant. P. P. XIII. Mens. Septembr. Anno Christi, *σατήριον* humani generis, cIo Io c XXIX.

LIPSIÆ, Typis exscribat GREGORIUS Ritsch.

Handwritten text in a Gothic script, likely a manuscript page. The text is arranged in a single column and appears to be a dense Latin or Germanic text. The script is highly stylized and compact. There are some faint markings and a small red mark near the top center of the page. The text is mostly illegible due to the image quality and the script's complexity.

Handwritten text in a Gothic script, likely a manuscript page. The text is arranged in a single column and appears to be a dense Latin or Germanic text. The script is highly stylized and compact. There are some faint markings and a small red mark near the top center of the page. The text is mostly illegible due to the image quality and the script's complexity.



DEI gratia,
JANUSSIUS RADZIVIL, Dux Birza-
 rum & Dubinckorum, Sacri Romani Im-

perii Princeps, &c.

RECTOR ACADEMIÆ LIPSIENSIS.

AUgnus illud altum, quod paucis abhinc annis, magno cum dolore, amissâ priori Conjuge, Vir Excellentissimus & Clarissimus, Dn. JOHANNES BÖHM / I. U. D. & Prof. Publ. sensit, & cicatrice obductâ, aliactâ, non solum ite-
 is casum plagis, auxit, erii & laboriosi nixus eipso inquit, cum co-
 stianis *ἐκαστολέως*, co- ercitatus. Ita enim hu-
 eo probemur, & post- s se. Sicuti namq; aro-
 turibus redolet, in tri- bulationibus reiteratis innotescit. Arca certè Noæ quò magis abundabant aquæ diluvii, tantò altius ferebatur : Sic animus af-
 flicti, quò magis & sæpius premitur, eò altius assurgit, & divinæ voluntati sese totum committere discit. Non igitur miremur,
 dùm per ignem afflictionum toties exploramur, potius dum
Rebus in humanis ita duris dura videmus.

Subnecti,

gaudeamus ex præscripto D. Petri, propterea, quod consortes simus *πρεβήμασι* *ἡεῖς*, afflictionum variarum Christi, ut tandem in revelatione quoq; gloriæ ejusdem *ἀγαλλίωσις*, exultantes, gaudere possimus. Et in hisce quoq; sese consoletur prænominatus Vir Clarissimus, qui licet semel atque iterum eadem plagâ sat acerbâ à Deo justo percussus fuerit judice, nihilominus tamen non desperet, sed Deum, qui dedit, qui etiam abstulit, *ἐν τῷ μέγτερον* glorificet : Quò verò Nostro etiam loco luctum aliquo modo allevare queamus, uxoris suæ desideratissimæ, jam defunctæ curriculum vitæ à primis, prout fert etiam consuetudo, in initis, delineari jussimus. Orta autem *ἡ μαχαίρις* hic Lipsiæ, anno supra millesimum, sexcentessimum, octavo: XII. Mens. Decembr. à Parentibus nomine & fama honestissima sat notis, adhuc etiam viventibus, & luctus præsentis spectatoribus moestissimis; Patre quidem viro Prudentissimo, Dn. CHRISTIANO EULENAW / Senatore Reipubl. Lipsiensis eximio : Matre verò femina optima SOPHIA, Viri quondam Integerrimi, Dn. CHRISTIANI SCHÖNBERGS / mercatoris Colonienfis primarii relicta filiâ, quæ primùm optimo quoque ac Prudentissimo viro, Dn. HEINRICO ROCHENPTEN / Mercatori ac Senatori hujus loci, nuptui collocata, illo autem fati crepto, post modum prædicto viro Honoratissimo, Dn. CHRISTIANO EULENAW in matrimonium tradita fuit; qui Parentes præter alios liberos etiam ROSINAM hanc procreârunt. eamque, ut statim primam naturæ legem de diligendo Deo, Paren-

